



# Disputatio medica inauguralis de pleuritide

<https://hdl.handle.net/1874/345149>

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS

DE  
**PLEURITIDE,**

*QUAM*

PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

**JACOBI VALLAN,**

M. D. Praxeos & Institut. Med. Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicī Consensu, Nobilissimāque*

*Facultatis MEDICÆ Decreto,*

**PROGRADU DOCTORATUS,**

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis

ritè ac legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjicit*

**WILHELMUS BORMEESTER, AMSTELO-BATAVUS.**

*Ad diem 26. Junii, horā locōque solitis.*



**TRAJECTI ad RHENUM,**

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academia  
Typographi, clc Ioc xci.

*VIRIS Æquissimis, & pro-  
bitate conspicuis,*

D. HENRICO BOR MEESTER,  
Mercatori apud Amstelodamenses vi-  
gilantissimo , Fratri dilectissimo , fra-  
terno amore nunquam non colendo ,  
D. HENRICO van BORN , L. A. M.  
Verbi Divini in Ecclesia Lutherana ,  
quæ Amstelodami est , Ministro seniori ,  
fidelissimo , Patruo summè honorando ,  
N E C N O N

*Viris Clarissimis , Eruditissimis ,*

D. JACOBO VALLAN , Med. Doct. Me-  
dicinæ Institutionum & praxeos Profes-  
sori ordinario , h. t. Rectori Magnifico ,  
D. JOHANNI MUNNICKS , Med.  
Doct. Medicinæ Anatomes & Botani-  
ces Professori ordinario , Reip. Ultra-  
jectinæ polyatro ,

*Præceptoribus & Promotoribus semper venerandis ,*

*Inauguralem hanc Disputationem*

*D. D. D.*

WILHELMUS BOR MEESTER. Author.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
PLEURITIDE,  
PROOEMIUM.



Nter innumeras calamitates & ærumnas, quibus miserum genus Mortalium singulis fermè momentis quam gravissimè affigitur, sunt isti hominum cruciatus, morborum quamplurimorum satellites horrendi, qui corpuculum illud misellum nefandis modis infestant & affligunt; adeo ut vitam acerbissimam sibi ducant, & cum morte commutare præpotent, quam in hujus vitæ ergastulo moram trahere diutius; quamobrem confessim ad Medicorum opem implorandam accurrere consueverunt miserrimi mortales; ita quoque in pleuritide adeo sunt atroces dolores, ut sicuti Tyranni majus tormentum excoxitare vix valeant; qua propter tantò majorem & celeriorem medici diligentiam atque curam exposulant, quanto magis periculosi, ac concitati insurgunt, & infestant. ut enim hujus diri affectus fontem, ac somitem eruam, prætium operæ me fatetur existimo, in causas omnes, fiendique modum ac sedem, hunc acerrimum dolorem inducentes, pro ingenii mei modulò, & virium tenuitate, inquirere accuratius; signaque, ac medendi rationem hac disputatione inaugurali, pro more in Academiis recepto subnectar quantum fieri potest brevissime.

A 2

THE.

## THESES I.

**Q**uod hujus affectus nomen concernit; Pleuritis dicitur, voce omnibus usitatissima; sive is debeatur τὸ πλευρᾶς, sive τὸ πλευρῶν, quod nomen thoracis latera & costas denotat; itaque Pleuritis est lateris dolor, Belg. Zijde-wē. Forestus hunc morbum costalem vocat, ab Hippocr. generaliter pro quocunque thoracis & partium vicinarum dolore accipitur. Hæc vox tum ab antiquis, tum neotericis admodum laxo significatu sumitur. Galen. Avicenna, multique alii voluere affici menyngem latera costarum cingentem, cui Fernelius addit musculos mesopleurios, hisque addit Barbette pulmonem, pericardium, mediastinum, Diaphragma, vix enim possibile adjicit Dekkers, ut inflammatio membranæ costas succingentis ipsos contiguos musculos non corripiat.

## I. I.

Definitur itaque rectè pér symptomata juxta hippocrat. ut sit Pleuritis lateris dolor punctionis, seu acutissimus, cum difficultate respiratione, febre continua, & tussi.

## I. I. I.

Dolor acutissimus oritur ab inflammatione membranæ thoracem intus succingentis; est enim tenuissima membrana mediæ ventris capacitatem occupans, & ob implantatos copiosè nervos, acutissimi sensus, quam perostio costarum, muscularisque intercostalibus communicat, quoniam his arctissimè, mirifice cum lævre annexa est.

## I. V.

Potest hæc membrana facilissimè inflammari ob copiam vasorum, & rorundemque summam angustiam, sanguinis motum rapidiorem & cordis viciniam; unde ejus admodum crebrè fiunt inflammations, modo in latere uno, sinistrō vel dextro, modo in utroque, ante vel retro, superne vel inferne, quæ inflammatio plerumque communicatur muscularis intercostalibus, sæpius viciniis pulmonibus, maximè si iis agglutinentur.

# I N A U G U R A L E S.

## V.

Causa hujus morbi proxima est sanguis in membranæ hujus vasis minoribus sive per copiam sive lentorem obstrutus aut extravasatus, deinde ob turgescientiam ibidem locum copiosissimus congestus, proinde phlegmonem excitans: Huic supervenit ob solutionem continui in parte maxime sensibili dolor acutissimus; item tussis oritur propter irritationem muscularis intercostalibus impressam; denique respiratio difficultis ob fibras musculares quoad actionem suam lassas, quæ quoniam contractions validas & longas perficere nequeant debiles, sed etiam cerebriores inire necesse habent: præterea ob metum doloris, qui in inspiratione tensis partibus thoracis excitatur; nam cum fieri non possit, ut respirans non vivat, aut vivens non respiret, hinc difficultis respiratio per frequentiam compensari deberet: erit proinde parva, seu exspiratio citius inspirationem sequetur, quia membrana inflammata, hincque tumefacta fibrarum tensionem pati nequit in dilatatione thoracis & expressione diaphragmatis, in qua maxima oritur doloris exacerbatio.

## V I.

Febris acuta continua, sive habeatur symptomatica, oritur à fermentescentis sanguinis particulis è foco inflammationis in vasis receptis, illaque fermentationem febrilem inducentibus, sive potius semper comes quam effectus; oritur à sanguine in turgescientiam febrilem acto; si nimurum in intemperie suâ ita pervertatur, ut cum febrili effervescentia exuvias viscosas suas hac vel illa parte deponat; hinc observare licet, hunc morbum specie sæpe variare, aut locum mutare, ut una cum febre pleuritidem, vel peripneumoniam, vel utramque inducat; deinde pleuritidem in peripneumoniam mutare, & vice versa.

## V I I.

Quod spectat ad causam antecedentem: ea est sanguis quantitate nimius, qualitate calidior ( unde hippocrates aphor. 33. sect. 6. acidum eructantes, non admodum fieri pleuriticos ) motus ejus rapidior & inde contracta temperies totius calidior; nam effervescentiae in corpore auctæ particulas crassiusculas secum rapiunt,

A. 3

quæ

qua cum per capillaria vasa transmitti nequeant, illic hærendo obstruktionem, tendendo solutionem continui, & spiritibus avolantibus, sale vero sic exaltato & pungente, dolorem pariunt; sanguis etiam nimia acrimonia præditus, aut in motu retardatus subinde in culpa est.

## V I I .

Huic vero occasionem præbuerunt causæ procatasticæ; primo naturales, ætas juvenilis, Aphor. 3. 30. habitudo corporis rarius, Regio, & clima calidius, Hyems, Autumnus Aphor. 3. 23. venti aquilonii post austrios &c. secundo non-naturales, aer nimis calidus, vel nimis frigidus, cuius subitanæ mutatio-nes sunt periculosæ, vel cibus calidus nimia copiâ ingestus, cum nimis aromatibus, &c. potus frigidus post defatigationem, sudorem, æstum, ambulationem, subito haustus, etiam motus nimius ab omnibus culpatur authoribus, præsertim post magnas e-pulas, & diutinam quietem, labor nimius, ponderosa gestatio, & post eam pectoris denudatio; venus immodica; balnea, & thermæ frequentiores; frigidæ repente insilire, aut innatare diutius; somnus mimius, vigiliae nimiae; evacuationes solempnes, aut consuetæ per nares, menses, hæmorrhoides, suppressæ, &c. inter animi pathemata excellit ira, in qua sanguis ab imis præcordiis exæstuat, &c.

## I X.

Signa diagnostica sunt ipsa symptomata pleuritidis, in definitione à nobis data; hæc enim collata, & simul sumpta, pleuritidis signum pathognonomicum constituunt, docente Galeno.

## X.

Nuspiciam vero accuratiores sunt practici, quam in hujus morbi prognosi tradenda, in qua certatum hippocratem exscribere sunt visi, qui propterea cum practicis celebrioribus adeundus; in genere observandum ac pronunciandum est, pleuritidem esse morbum acutum, periculosum, brevem, ac difficilem, tum symptomatum vehementia, laborantium partium dignitate, invasionis celeri decursu, cura laboriosa.

## XI.

# I N A U G U R A L I S.

## X I.

Solvitur hic morbus diebus quatuordecim plerunque, cessatque primo dolor pectorius, mox febris, at si hunc terminum transcedit, lente scente febre, & æger superne non repurgetur, Empyema vel Phthisis erunt suspicanda, juxta hippocratem *Aphor.* 8. s. v. (qui pleuritide laborant nisi intra dies quatuordecim superne repurgentur, iis in Empyema sit mali translatio) rarissimè enim viginti dies pleuritici laborant & supervivunt ex acutissimo hoc morbo; si empyem fiant, & intra quadraginta dies Empyema non rumpatur, in tabem transeunt, & denique in certam mortem, *Aphor.* 15. cap. 8. s. v.

## X I I.

Prognosi absolutâ, ad curam accingamur: in qua sanguis stagnans est revellendus, resolvendus, blandisque sudoriferis in circuitum naturalem revocandus. 2. hinc excreatio, & copiosa sputatio quantum possibile, promovenda, 3. suppuration, inflammationis soboles, expectoranda & adjuvanda.

## X I I I.

Ad sanguinem revellendum derivandumque, Chirurgia præclarum venæ sectionis auxilium suppeditat, quod ut in omni inflammatione, sic & hic commendant omnes ferè uno ore Medici celebriores, quamvis Helmontius, van Hadde, Bonetkoe, aliquie hunc morbum, quoconque in tempore, unaquaque in pleuritide, vel maligna, vel epidemica, sine sanguinis missione curari posse, acriter contendant, qui firmissimis à rationibus, auctoritate ac experientia edocti, facilius breviusque absque venæ sectione, quam celebrata ipsa, et si eadem surpassent remedia, pleuritides à se curatas testantur, modo statim ab initio specifica acidum infringentia, diaphoreticis diureticisque mixta, exhibita fuerint: ego vero distinguendum puto inter possibilia & tutiora.

## X I V.

Controversiae circa locum venæ sectionis inter Arabes & Græcos, eosque sequentes, ex circulo sanguinis facile refutari possunt; notandum tamen est, in ascendentē pleuritide secari debere

PRO

pro revulsione, venam in pede, pro derivatione in brachio; contrarium autem fieri debere in descendente: potest autem in primo morbi insultu quacunque hora institui V. S. quantitas sanguinis detrahendi, partitum an confertim debeat mitti, prudenter practico dabunt circumstantiae. Attamen quando propter morbi ferociam & virium collapsum morbus est desperatus, item in pleuritide maligna, quippe in qua nunquam sine periculo vena aperiri poterit, venæ sectionem postponendam esse existimo.

## X V.

Enimvero si phlebotomia ob virium imbecillitatem ac languorem, licet dolor admodum urgeat, etiam in principio administrari nequeat, ejus loco supplebunt cucurbitulæ cum scarificatione parti affectæ adhibendæ, quarum curationum hoc remedio effectarum, exempla notabilia Riverius & Zacutus Lusitanus citarunt; & ratio quoque huic praxi accinere videtur: nam hac ratione, sanguine è latere affecto detracto, eo modo, qui in vasis vicinis congestus, & morbi causa conjuncta consistit, commovetur, & partim extrahitur, partim circulationi redditur.

## X VI.

Sanguini resolvendo, ac in naturalem circulum reducendo Pharmacia confert: viz. multo sale abundantia antipleuritica, sudorem promoventia & inflammationem sistentia; qualia videre licet apud Paul. Barbette prax. 3. l. 1. ibique Dekkers. quibus accedunt Aq. Chamæmill. dest. ad ʒiv. cum saccharo ʒi. chamæd. ex aqua. cocta, Cels. 46. & animalium stercore, sale volatili reserta, in hoc morbo juvant, ut sterlus caninus, equinus, columbinus, &c. etiam succ. taraxici, centaur. herb. Card. Bened. anagallis, brassica, cerefol. consolida Regal. malva, pulmonaria, scabiosa, Rad. Aristoloch: Bardanæ, millefolii. flor. buxi. papav. Rhæad. stæchad. violar. sem. Card. ben. & mariæ, fraxin. malv. Inter cætera excellunt sal. volatilia, ut sal. hyperici, prunellæ, Card. bened. scord. &c. C. cerv. ocul. Cancr. ossa lupi, sperma cœti. unicornu. Aq. Card. bened. Mariæ, bardanæ, papav. Rhæad. taraxic. scabiosæ &c. Aq. Compos. ut theriac. prophylact. barbett. spirit. tart.

I N A U G U R T A L I S .

tartari, liquor diaphoret. mysicht. syr. Card. bened. papav. rhead.  
Diacod. ol. myrtillor. Rosarum, Amygdalat. Antimon. dia-  
phoret. bezoar. minerale, pulv. Mysichtij antipleuriticus, tra-  
gæa antipleuritica Hartmanni, &c. in fine etiam morbi syrupus  
& decoctum ex nicotiana summopere à Dekkers laudantur.

Mixturam hanc initio morbi applica,  
Rx. sicc. taraxic. depurat. ʒi. lib. 10. tincturæ  
Aq. plantagin. Rosar. an. ʒij. tincturæ engilem 3  
prophylact. ʒi.

ocul. Cancer. Cru. Contus. ʒi. 10. tincturæ  
spermat. coct. gr. xx. si meliora dñe  
syr. papav. Rhead. ʒi. 10. tincturæ  
mischantur.

Inter Cetera etiam excellunt Remedia pulveres, à Willis &  
Craanen prescripti. ut.

Rx. Antimon. diaphoret. aut bezoard. miner. ʒij.  
Sal. volat. C. C. ʒi. pulv. flor. papav. rhead. ʒij.

M. F. Pulvis.

dosis ʒi. ad ʒi. ter aut sepius in die assumetur ʒi.  
Rx. sem. Card. marie gr. xv. opii ppt. gr. i. Caphor. gr. iii.  
Sacchar. saturn. gr. iv. sal. prunell. gr. ii.

M. F. Pulv. una dosi sumendus.

item Rx. unicorn. Groenland. ocul. Cancr. ppt. an ʒi.  
pulv. dent. Ap. spermat. Coer. pulv. flor. pap. Rhead.  
an. gr. viii. laud. opiat. gr. i. Sacchar. althea. ʒi.

M. F. Pulv.

Huc deduci possent plurima adhuc remedia, tam internè  
quam externe usurpanda, ut sunt Linætus, eclegmata, De-  
cocta, olea, unguenta, & in suppuratione tandem Ca-  
riplasmata, Fomenta, Emplastra, inunctiones, &c.  
quæ omnia (dum latus sit Campus, in quo multa conspiciuntur)  
quum abunde satis apud auctores praticos peti possunt, lubenter  
prætereo.

10 2 DISPUT. MED. INAUGUR.

X V I I .  
Purgantia, ut hōc in morbo nocentia, cautissimē usurpanda,  
& non nisi in principio aut in declinatione; præfero laxan-  
tia: idem judico de vomitoris: Clysteres ad molliendum  
insignem in hōc morbo præstant usum; Diuretica convenient,  
factā materiæ morbificæ metastasi ad vias urinarias; aperientia,  
alexipharmacæ, discutientia & confortantia in epidemicā  
& maligna pleuride nequaquam sunt contemnenda.

X V I I I .

His omnibus subjiciatur tandem vixtus ratio, cuius sedula cura  
habenda, quoniam in ea magnum salutis nostræ momentum  
consistit. Ea debet esse contraria causæ procatarcticæ: aer igitur  
sit summè temperatus, cibus in morbi principio tenuis, dein  
plenior, cibi vitentur acres, acidi, sumô durati, amari, &c.  
potus sit aqua hordei, vel sola, vel cum passulis, cerevisia dulcis  
Roterodamensis & decoctum pectorale, vel infusio thee cum  
Rad. liquiritiæ; Vinum vitetur, ut & nimius motus, aut vi-  
giliae diuturnæ; somnus molestus, Alitus quotidiè respondeat  
arte vel natura, omniaj animi pathemata potissimum graviora,  
cane pejus & angue vitentur, præsertim ira. itaque huic  
disputationi inaugurali, ut nè prolixior videar, de præsenti finem  
imponere cogor.





I V

## COROLLARIA.

S I N I P

**S**atius est anceps experiri remedium,  
quam nullum.

I L

*Sola plethora sapè pleuritidis causa est.*

I I I.

Infantes & pueri rarius hoc morbo affi-  
ciuntur.

I V.

C A R

*Mulieri gravida vel menstruata pleuritide  
laboranti etiam venam quandoque se-  
care licet in brachio.*

B 2

V.

V.

Narcotica medicamenta tutius exhibentur  
post venæctionem quam ante.

VI.

In Dyserteria conductit Purgatio.

F I N I S.



.VI

C A R:

shūmōq aitāfūm hō abicōg iñilūM  
-z̄ supobūnān manor emais iñarodā  
cācē ilicā n̄ p̄chāo.

V.

B.

# CARMEN GRATULATORIUM

*In Gradum Medico-Doctoralem acquirendum  
per inquisitionem*

P L E U R I T I D I S

V I R I D O C T I S S I M I

D. GUILIELMI BORMEESTER.



Uminis ut radios spargit Sol aureus  
Astris

Et Lunæ donat, restituitque  
vices;

Sic Medico purum radiat jubar & Medicinæ.

Scire suam Praxin Pharmacopœia suum est.

Pleuritidis varios Casus dignoscere, Fulcra

Et dare Conaris perpetuo Studio.

Gratulor ex animo! Tibi det, Cognate, pe-  
renne

Auxilium; summus Doctor, ut & Medicus.

Z. 3. nonas Julii

A. R. S. M.DCXCI.

Honoris, Favoris & amoris gratia

apposuit Patrius vester.

Mr. HENR. van BORN. V. D.

Min. Eccles. Aug. Confess. Am-  
stelodami collecta.

CAROLINAE  
M T E R E E R E  
V A N D E H E E R  
WILHELMUS BORMEESTER.

Als hy binnen Utrecht, op den 26 Junij 1691. der  
Medicijnen Doctor wierdt verklaert.



Et Zijde-Wee, verheft, door dolle  
pijn by vlaagen  
Onmoog'lijk, voor een Mensch (gantsz  
af-gematz) te draagen.

Als Koortz<sup>2</sup>, Hoest, korten Aâm,  
daar by sigh vinden laat

Voert hem seer schielijk, in gevaarelijke staat  
Zo by, der Artzen hulp niet tydig soekt t' aen-  
vaerde,

Die sijn Geneeskund, nog sijn kenniss ooit en spaarde  
Maer door hulp-middelen verligting' aan hem geeft  
Waar door by (door Gods-Zege) herstelt wort, en  
herleeft.

Dit is 't? 't geen nu beknopt getoont wort voor onse  
oogen

Van hem, die tot sijn doel, die lijdars draagt mee-  
doogen.

Gadan? Eerwaerde vriend, op desen voet vry voort  
En oeffen d'Eed'le kunst, by zieken ongestoort  
Die in hunne elend staan, en quaalen, zoo verlegen  
Strek haar, tot raat en baat; op vast gegrondte  
wegen.

God geeft! dat gy uw konst voortaan zoo oeff'nen  
moogt

Dat gy hier zijt geagt, dog naermaals meer ver-  
hoogt.

H. B.